

scuti $92 \frac{8}{35}$ & tantum oportebit vendere di-
ctas rismas, 95. folio 88. pro quo reduc scu-
tos ibi ad valorem suæ monetæ & est carli-
ni. 15. f. 3. & carlinus valet solidos $7 \frac{1}{2}$
igitur scutum valebit solidos $115 \frac{1}{2}$ sed tu
in vendendo pone semper valorem scuti ali-
quid plus quia in redimendo scutos per
moneta oportet aliquando aliquid dare cam-
psoribus. Pone igitur quod scutum valeat sol-
idos 116. multiplica 116. in $92 \frac{8}{35}$ fiunt sol-
lidi 1698. $\frac{28}{35}$ quos diuide per 95. $\frac{9}{50}$ ferme
exeunt solidi $112 \frac{1017}{4759}$ deinde dic si folia
500. vnus rismæ venduntur solidis 112. num-
mis 5. ferme: nam in talibus minutissima om-
nino præcisio magis parit periculum errandi
in mercatore, quam vtilitatem vbi fractio-
nes nummi cadunt supra summam & non
supra particulare, nam sic possent tales mi-
nutiæ quantumcumque minimè magnum
parere errorem, & hoc habeas pro regula dic-
ces igitur quid valebunt folia 30. & 40. &
60. & pro facilitate diuide omnia per 10. di-
cendo si 50. valet solidos 112. nummos 5.
quid valebunt 3. 4. & 6. multiplica $112 \frac{5}{12}$
per 3. & per 4. & per 6. & fiunt $337 \frac{1}{4}$ &
 $449 \frac{2}{3}$ & $674 \frac{1}{2}$ diuide per 50. habebis va-
lorem libri 30. foliorum folkli $6 \frac{149}{200}$ & 40.
foliorum solidi $8 \frac{149}{250}$ & foliorum 60. solidi $13 \frac{49}{100}$
totum autem quod plus vendet erit vlt-
tra institutam lucrum, quamuis librarij po-
nunt minimum lucrum 50. pro 100. eo quod
tota summa librorum non videretur nec in
spaciodecem annorum & victus & aliæ ex-
pensæ plurimum important in tãto tempore.

Inuenias quatuor quantitates continuè
proportionales quarum productum primæ in
secundam sit 10. & productum aggregati
primæ secundæ & tertiæ in aggregatum pri-
mæ & quartæ dempta tertia & dempto qua-
drato primæ sit 30. scias hanc regulam in 4.
quantitatibus cõtinuè proportionalibus quod
semper illud quod producit ex aggregato
primæ secundæ & tertiæ in aggregatum pri-
mæ & quartæ dempta tertia si ab eo pro-
ducto auferatur quadratum primæ residuum
erit æquale productioni primæ quantitatis
in secundam & tertiæ in quartam simul iun-
ctis exemplum capio 4. quantitates conti-
nuè proportionales quas volueris & sint 8.
12. 18. 27. & iungo primam secundam &
tertiam & fiunt 38. iungo primam & quar-
tam & fiunt 35. aufero tertiam quæ est 18.
remanent 17. duco 17. in 38. fiunt 646.
aufer quadratum primæ quantitatis & est
64. remanent 582. dico quod si multiplica-
ueris primam in secundam & fiunt 96. &
tertiam in quartam & fiunt 486. quod hæ
multiplicationes faciunt 582. simul iunctæ
& ita est, quia igitur in petitione debent fa-
cere 30. igitur multiplicatio primæ in secun-
dam & tertiæ in quartam simul iunctæ faciunt
30. sed quia in petitione supponitur quod
multiplicatio primæ in secundam faciat 10
igitur multiplicatio tertiæ in quartam faciet
residuum quod est 20. quare per centesi-
mam nonam quæstionem ipsa res siue prima
quantitas erit $\text{R. R. R. } 5000$. & secunda erit
in proportione ad eam vt est $\text{R. R. } 2$. ad
1. quare erit $\text{R. R. R. } 20000$. & tertia erit
 $\text{R. R. R. } 80000$. & quarta erit R. R. R.

320000. & ita mediantibus his regulis sol-
uuntur quæstiones quæ videntur impossibi-
les solutione pro quo volo alias 7. regulas
hic subiungere per quas poterunt formari in-
finitæ quæst. pulchræ & mirabiles & difficiles.

Prima est cum fuerint 4. quantitates quo-
modolibet continuè proportionales quod
productum ex aggregato primæ secundæ &
tertiæ in aggregatum primæ & quartæ dem-
pta tertia & ab hoc producto dempto qua-
drato primæ residuum æquatur ei quod sit
capiendo aggregatum 4. quantitatum &
quadrando & ab hoc quadrato auferendo
quadrata omnia 4. quantitatum & residui
capiendo dimidium & ab hoc dimidio de-
trahendo quadratū aggregati secundæ & ter-
tiæ veluti posuimus in præcedente exemplo
quod tale residuum esset 582. quadratum ag-
gregati 8. 12. 18. & 27. est quadratum de
651. quod est 4225. ab hoc aufero quadrata
singularum 4. quantitatum remanent 2964.
huus capio dimidium quod est 1482. ab
hoc detraho 900. quod est quadratum 30.
quod est aggregatum secundæ & tertiæ re-
manent 582. vt dictum est.

Secunda omnium 4. quantitatum conti-
nuè proportionalium proportio primæ ad
aggregatum secundæ tertiæ & quartæ est
veluti quadrati secundæ ad productum ex ter-
tia in aggregatum secundæ tertiæ & quartæ
veluti 8. 12. 18. 27. ponatur 8. prima pro-
portio 8. ad 57. aggregatum reliquarum est
veluti 144. ad 1026. productum ex 18. quæ
est tertia quantitas in 57. aggregatum se-
cundæ tertiæ & quartæ quantitatis, & simi-
liter posito 27. prima quantitate proportio
27. ad 38. aggregatum reliquarum est ve-
luti 324. quadrati secundæ ad 456. produ-
ctum ex 12. quantitate tertiæ in 38. aggre-
gatum secundæ tertiæ & quartæ, nam in
primo exemplo 18. multiplicat ambas quan-
titates & in secundo exemplo 12. multiplicat
ambas quantitates igitur producta erunt in
proportione multiplicatorum.

Tertia omnium 4. quantitatum continuè
proportionalium productum omnium earum
est æquale quadrato quartæ producto in
quadratum primæ exemplum capio 8. 12.
18. 27. quadratum 8. est 64. quadratum
27. est 729. & 729. in 64. facit 46656.
& tantum facit ducendo 27. in 18. & produ-
ctum in 12. & productum post modum in 8.
producitur enim 46656.

Quarta omnium 4. quadratū continuè pro-
portionalium productum primæ in differentiã
tertiæ & quartæ æquatur producto ex secun-
da in differentiã secundæ & tertiæ exemplū
sint quantitates 8. 12. 18. 27. productum ex
prima quæ est 8. in differentiã tertiæ & quartæ
quæ est 9. est 72. & tantum facit ducendo 12.
quantitatem secundam in 6. differentiã se-
cundæ & tertiæ quantitatis nam producitur
72. & similiter productio secundæ in differen-
tiam tertiæ & quartæ æquatur productio-
ni tertiæ quantitatis in differentiã secundæ
& tertiæ veluti in exemplo secunda fuit 12.
in differentiã tertiæ & quartæ est 9. & 12. in
9. faciunt 108. & tantum fit ducta 18. quanti-
tate tertiæ in 6. differentiã secundæ & ter-
tiæ quantitatis.